

7. Quid possit ratio sine fide et sine gratia.

- a Potest demonstrare existentiam Dei DB 1806  
b Non potest admittere Deum falli vel fallere DB 1637  
c Potest per signa externa cogi ad assensum de facto  
revelationis, DB 1638, 1812, 1813  
Ita de facto coguntur daemones; ita pariter cogentur  
homines nisi effugia, eaque semper nova, excogitentur.  
d Potest affirmare ipsa mysteria esse vera, quae tamen  
veri affirmatio rationem violenti in se haberet (deest enim  
enim lumen subiectivum proportionatum ad talem affirmationem)  
e Non potest sine violentia producere iudicium circa bonitatem  
credendi Deo revelanti mysteria; non potest habere plium  
credulitatis affectum; non potest habere assensum fidei.  
f Haec omnia in hypothesi quod Deus supernaturalia, mysteria  
strictae dicta, revelavit; si revelata essent tantummodo  
veritates naturales, totus processus fieret sine gratia.

Brevi, gratia requiritur non ex parte obiecti ~~quod~~  
sed ex parte subiecti; et requiritur ex parte subiecti non  
ad miracula cognoscenda, neque ad bonitatem credendi agnoscendam,  
neque ad assentiendum Deo firmiter super omnia, sed tantummodo  
propter supernaturalitatem veritatum credendarum.

et fides/

Quare aut gratia/aut violentia sive directa (affirmatur  
veritas) sive indirecta (mens in vanitates evanescit).

Unde dilemma: fides catholica aut atheismus